R.478553

Eximii in ſacra pagina doctoris iohannis de gerſonno/ ec
cleſie pariſieñ quondã cãcellarii digniſſimi/ tractatꝰ de pol
lutione nocturna . an ĩpediat celebrãtẽ/an nõ : ĩcipit feliciter

## Prologus

Dubitatũ eſt apud me frequẽter / et diu / preſertim
poſt ſuſceptũ ſacerdotiũ : ſi q̃s nocturno pollutꝰ
ſomnio a celebrãdo miſſam ceſſare deberet. Exper
tus ſũ ſimiliter multos/ preſ̃tim religioſos/ et no/
uiſſime quoſdã pre ceteris tali dubitatõis ſcrupulo non parũ
turbatos : dũ ex vna parte eos ad celebrandũ trahit deuotio
ex altera timor offenſe reprimit . Tandẽ effectus ſup hac re
certior tum ex doctoꝝ ſacroꝝ lectione . tũ exptoꝝ et virtuoſo
rũ ꝯſultatione / et exẽplo / tum poſtremo ex ipſa rationis / ⁊
expimẽtalis cognitionis atteſtatione ĩductus ſum : ut cõſide
rationes aliquas breues / et non prorſus inutiles ſup hac cele
brationis materia ꝯponerẽ : eas iudicio melius / et ſincerius
ſapientiũ ſupponẽdo. ¶ Conſiderationũ huiuſmodi quedam
erũt acceſſorie / ⁊ quedã per directũ reſpõſiue. ¶ Precor aũt
dari veniã : ſi forſan ĩpurius loquendũ erit : qm̃ morbus ta/
lis eſt : ꝙ vix aliter detegi / vix pulcrioribꝫ medicamentis ſa
nari poteſt. ¶ Conſideratio prima.

Nullus habet certitudinẽ euidentẽ abſq̃ dei reuelatio
ne ſpeciali : ꝙ ſit ſufficiẽter diſpoſitus et dignus ad
celebrãda miſſe miſteria . Patet quia tunc poſſet ali/
quis euidẽter cognoſcere ſe eſſe in grã gratũ faciẽte . et ꝙ ſuf
ficiẽter facit quidq̃d reqritur : ad hoc ꝙ deus ſibi grãm hãc
ĩfuderit . q̃d inſup nullũ poſuit obicem ex parte aliqua ad hu
iuſmodi gratie ſuſceptionẽ. Deniq̃ ſciret euidẽter : ꝙ rite cõ
ſtitutus eſt ſacerdos ad habendũ poteſtatẽ nullatenus impedi
tam . et ſimilia multa . q̃ ſunt pure ꝯtingẽtia / ⁊ que ſciri non
poſſunt ĩfallibiliter abſq̃ dei reuelatione ſpeciali . Preterea
q̃s neſciat poſſe fieri / ut homo detur in reprobũ ſenſũ ex de/
meritis p̃cedentibꝫ : ut nõ videat peccata ſua et ita nichil ſibi

coſcius ſit? non tñ ĩ hoc eſt iuſtificatus ꝓut apl'ꝰ formidando
teſtatur. Forſan eſt talis ꝯparatus ipſi aman ſupbo. q̃ ad cõ
uiuium heſter venit reputãs hoc ſibi ad honorẽ eſſe pcipuũ
q̃d ſibi erat ad ſuſpendium. Quis ſcit ſi auditurus eſt: amice
quomodo huc ĩtraſti nõ habẽs veſtẽ nupcialẽ? forſan deniq3
talis ãnumeratus eſt inter illos de q̃b3 ꝓpheta nõ tam impre
catiue q̃ prenũciatiue dixit. fiat mẽſa eoꝝ corã ipſis ĩ laqueũ/
et ĩ retributões ⁊ in ſcãdalũ. Obſcurẽtur oculi eoꝝ ne videãt
⁊ dorſum eoꝝ ſp ĩcurua. Effunde ſup eos iram tuã. et furor
ire tue cõprehendat eos. Fiat habitatio eoꝝ deſerta. et in ta
bernaculis eoꝝ nõ ſit qui ĩhabitet. Videtis q̃ extimeſcẽda ſen
tencia/ ſi miſtico ſẽſu vtimur ꝯtra quoſdã ad ſacrã eukariſtie
menſã accedẽtes ĩdicitur. preſ̃tim cũ dicitur obſcurẽtur ocu
li eoꝝ ne videãt. Et ꝯformiter ad illõ aplꝰus ĩtonat ⁊ minatur
talib3. Qui ĩdigne (inquit) manducat / et bibit: iudiciũ ſibi
manducat et bibit. Et rurſus. propter hoc inter vos multi
imbecilles et dormiunt multi. hec imbecillitas et hec dormi/
tio magis ad animã q̃ ad corpus referẽdas eſſe puto. Cõſtat
autem: q̃ hec omnia certitudinem euidentie tollũt ab aliquo
ſuper ſua ad celebrandum dignitate.

## Conſideratio ſecunda.

Ad digne celebrãdũ/ ⁊ abſq3 temeraria preſũptiõe/ et
ĩputabilitate ad nouũ pctm̃: nõ req̃ritur talis euidẽ
tie certitudo ſup celebrãtis dignitate. Patet q2 nullꝰ
tũc q̃tũcũq3 iuſtus ⁊ purus deberet celebrare. nec hoc poſſet
abſq3 diſcrimine ſi ei nõ fieret reuelatio ſpecialis. Sufficit er
go certitudo talis: qualẽ in materia morali conſueuimus ex/
petere/ ⁊ cape. q̃ certitudo poteſt appellari certitudo moralis
aut ciuilis ſicut prudẽter loq̃batur philozophꝰ pmõ ethicorũ
c. tercio. dicẽs diſciplinati enĩ eſt iuriũ certitudinẽ inquirere
ſcd̃m vnũq̃dq3 genus: inq̃tũ natura recipit. Ad hãc certitu
dinẽ moralẽ ſufficit ut plurimũ: q̃ hõ accedẽs ad miſſã diſcuſ
ſerit ꝯſcientiã ſuã: ſicut feciſſet ꝓ magna re lucrãda/aut incõ

modo graui euitãdo. Et ꝙ nõ ſit ſibi ɔſcius poſt hãc diſcuſſio
nẽ de pctõ mortali. aut de ꝓpoſito peccandi mortaliter. Qd
inſup nõ cognoſcat ſe aliud ipedimentũ legitimũ ꝑ excõmuni
cationẽ / aut irregularitatẽ habere. Cõſentio itaqȝ in hoc cũ
durando iiii. ſente. di. iiii. q. iiii. ꝙ talis etiam ſi eſſet ĩ pctõ
mortali neſciẽter: nec de eo expreſſam ageret cõfeſſionem: re
portaret vnũ e duobȝ. aut ſibi remitteretur tale peccatũ vir/
tute ſacramẽti. etiã qꝛ videtur facere quod in ſe eſt ad eius de
lectionem. non enĩ deus reqrit vltra poſſe. Aut fieret ſibi diui
nitus illuſtratio / ⁊ recognitio ſui pcti: q̃tenꝰ ꝑ penitẽtiã illd
dilueret. queadmodũ multis ɔtingere ꝓbatiſſimũ eſt. q̃ iicio
ſui ſacerdocii dũ celebratione cõtinuant: in rememoratõnem
redeunt plurimoꝝ / et occultiſſimoꝝ pctõꝝ. Similẽ inueniũt
grãm illi: q̃ nouiter ad frugẽ melioris vite toto corde ſe pre
parãt. Porro talia pctã ĩ recordationẽ venientia ex irradia/
tione ſupioris luĩs in profunda abiſſo aĩe non ideo tales ɔfite
ri tenẽtur: ꝙ non prius deleta eſſe potuerũt modo predicto:
Sed fit hoc ad obediendũ precepto de ɔfitendo ſemel qdlibet
pctm̃ noſtrũ: quod ⁊ intelligitur dũ diſtincte cognoſcimꝰ

Conſideratio tercia.

Non oĩs ſcrupulus / aut dubitatio de pctõ mortali / ne
qȝ oĩs ĩdeuotio / aut deordinatio / aut nõ attẽcio impe
diũt de neceſſitate celebratõis dignitatẽ. Patet qꝛ cer
titudo moralis (qualẽ p̃diximꝰ ſufficere) ɔpatitur ſecũ vacil
lationẽ q̃dã animi / aut heſitationẽ / vl' ſuſpicionẽ / ſeu ſcrupl'os
ꝙ hõ nõ ſit ſufficiẽter diſpoſitus: aut ꝙ ĩpedimẽto aliquo li/
gatus eſt. Cõpatitur etiã deordĩationẽ aliquã: preſtim viriũ
ĩferioꝝ / ⁊ legis tyrãnice mẽbroꝝ. que non eſt ſepe ſubdita no
ſtre poſſibilitati. Ex qua cauſatur ĩdeuotio q̃dã: quã nõ ple
na / ⁊ actualis ſꝑ attencio ɔſequuntur. nec obinde peccato ma/
culari neceſſe eſt. Et ſi quis ꝓpoſuerit: ꝙ dubitãs de aliquo
an ſit illicitũ: ⁊ ſtante dubio illd agẽs peccat: qꝛ ſe diſcrimini
ſciẽter obiicit. Reſpõdeo cum dño guillermo antiſiodorenſi.

Regulam hanc magiſtralē intelligendam eſſe de dubio tali /
qđ eſt vehemēs / et magis / aut ſaltē eque inducit mentē crede
re : quod eſt mortaliter illicitū / ſicut quod eſt licitū . Secus
eſt vbi mēs plus īclinatur et iudicat qđ eſt licitū ꝙ illicitum.
Quāuis nō habeat vſqʒquaqʒ certitudinē euidētem / aut fixā
quia nec hoc ipm reqritur. Sūt itaqʒ nōnulli et plures / q̄ for
tis ſunt fātaſie . qui preterea ſepe trepidāt timore / vbi iudi
cant nō eſſe timendū ¶ Tales debēt inniti ꝯſilio ſupioꝝ ⁊ pru
dentū. et cōtra talem ipſoꝝ vacillationē audacter opari. Sic
enī pleꝛqʒ vincetur ⁊ abibit. Qui vero renuit credere ſupioꝝ
⁊ prudentū ꝯſilio / ad tales ſcrupulos deponendū et agendū /
ꝯtra eos : errat multipliciter ¶ Primo ꝑ ſupbiā ⁊ arrogātiā /
preponēdo iudiciū ſuū / ⁊ prudentiā alioꝝ iudicio . Rurſus ta
lis vix / aut nūꝙ deuotionē habebit ſolidā / nec pacē ꝯſcientie
a talibʒ . ac ꝑinde carebit locus aīe ſue hoſpite illo / de quo ꝓ
pheta dicit ꝙ ī pace factus eſt locus eius . Dicūt doctores ali
qui / quibʒ aſſentio : ꝙ aliquādo non eſt tam meritoriū crede
re / ſicut velle credere . nec dolere ſenſualiter / de peccatis / ſi
cut velle dolere / ⁊ nō poſſe . deſideriū paupum exaudiuit de
us (inq̄t propheta) preparationē cordis eoꝝ audiuit auris tua
⁊ cetera . Deus itaqʒ iudicat nos / ⁊ noſtra ſcđm ſupioris ra
tionis arbitriū / volūtatem / et iudiciū et nō ſcđm ea q̄ nobis
īuitis atqʒ ꝯtranitentibʒ porcio ſenſualitatis īferior aduehit
et producit . qualia ſūt volubilitas ymaginationū ⁊ fantaſia
rū ſtimulus inſup carnis illecebroſus ⁊ vindicatiuus . Vacil
lationes preterea timide et īcerte ſup agēdis / aut ſup eis cre
dēdis : q̄ noſtris nequaꝙ ſenſibʒ attingimus / ⁊ ſimilia. Deci
piūtur ī hoc multi ex ſimplicibʒ / diſtinguere neſciētes īter ea
q̄ porcio aīe ſupior agit ꝑ ꝯſenſum : ⁊ ea q̄ porcio īferior pati
tur abſqʒ ſupioris aſſēſu. Darēt idcirco ſepe aliis ſalubre cō
ſiliū / q̄ neſciūt illud preſtare ſibi. Quare ſic? certe ob turbam
hāc paſſionū ſimul irruentiū tumultuantē ⁊ rixantē. Quo cir
ca memorandū eſt beati bernardi ſup hac re cōſiliū . Erat ex

diſcipulis eius q̄dam tātis inq̄etatus ſcrupulis / ut ad celebrā dū nullo pacto auderet accedere. Dicit ei deuot⁹ ⁊ circunſpectus bernardus / poſtquā hoc accepit. Uade frater: ⁊ in fide mea celebres. Obediuit diſcipulus. ⁊ ſcrupul⁹ ille oīs perpetuo diſceſſit. Laudāda proſus / ⁊ imitāda tam illius pr̄is īduſtrioſa fiducia: q̄ iſtius fratris fidelis obediētia. ¶ Diceret aliq̄s ex ſimplicioribꝫ. Utinā talis michi eſſet abbas / aut prior: qualis erat btūs bernardus. credere faciliter imperanti. Nūc vero dū ſupioris mei paruā ſapientiā īſpicio: nō audeo meā ꝯſcientiam ⁊ ſalutē ſue fidei tali pacto ꝯmittere. q̄ſquis ita dicis ⁊ ſapis: erras et deſipis. Nō ei ꝯmiſiſti te / et ſalutē tuā in manus hoīs: qꝛ prudēs eſt / et plurimū lrāt⁹ / aut deuotus: ſꝫ qꝛ tibi eſt ſcd̄m regularē inſtitutionē prepoſitus et prelatus. Quāobrem obedias ſibi nō ut hoī: ſed ut deo iubēti. Si tū nō ꝯtra deū. et ſepe tāto erit obediētia tua placentior deo / tibiqꝫ fructuoſior: q̄to eſt īdignior ille cui ꝓpter deum ſubici nō refugis. Caueas ad extremū nedū q̄ris ſecuritatē / nec illā adipiſcaris: ī graue ruas diiudicatōis ⁊ p̄ſūptionis foueam. ¶ Cōſideratio quarta.

Contigit ut poſſit aliquis eodē tempore ad celebrationem laudabiliter accedere: poſſet nichilomin⁹ tunc ab eadem laudabiliter abſtinere. quo caſu primū laudabilius eſt de ſe: q̄ ſcd̄m. Patet pria pars quando aliq̄s eſt ſine conſcientia peccati mortalis / aut alio impedimento: et non eſt obligatus ex officio / vel aliter celebrare: tunc habet vtrūqꝫ in ſua ptāte facere licenter / atqꝫ laudabiliter. ut vel cū centurione dicat. Dn̄e non ſum dign⁹. ⁊ cetera. vel zacheo dum fidenter iuitet. Scdam partem probo cum durādo. iiii. ſentenciarꝫ di. xii. q. vi. Celebratio quippe eſt de pſe opus bonum. Abſtinere aūt ab ea ſi ſit bonum: magis eſt ī ordine ad indeuotionē ſuſcipientis / q̄ de perſe. Rurſus celebratio habet efficaciam magnā ex virtute operis operati. propter quā nō tantūdem valet voluntas ſola celebrandi: ſicut ipſa volūtas

actu celebrās. Addit itaq3 opus hoc exterius aliqͦd bonitatis
ad bonitatem volūtatis ꝓpter meritū paſſionis chriſti. pro
pterea dici ſolet.opus priuilegiatū. Amplius ille q̄ celebrat
in opis executōe magnā adipiſcitur deuotionis pinguedinē/
et diuinius ſolet occupari. Ducitur inſup a virtute nobiliore
ſic agendo: videlz a caritate/ ⁊ dilectiōe huius ſacramēti/ quā
nō celebrans. q̄ timore potius ſe ꝯtrahit. Qđ ſi quis dixerit
vacationē a celebratione ideo fieri: ut ipſa poſtmodū reuerē
tius et deuotius q̄to rarius ipleatur: fatemur poſſe ſic eueni-
re. Sed poteſt ex aduerſo cōtingere: ꝙ talis ſubſtractio re-
mouebit habituationē ad bonū. cuius effectus eſt ſcd̄m philo
ſophū delectabiliter opari. Signū (inq̄t) acq̄ſiti habitus eſt
delectatio in ope. Euenit inſup plerūq3 illud dictū naſonis. q̄
nō eſt hodie: cras minus apt⁹ erit. Diſtraheris hodie: parū
deuotus es. paꝝ recollectus/ ⁊ plurimū tentatus a carne mū
do vel demone. Credo equidē. ſed agnoueris ꝙ nō dormiunt
q̄ te pſequūtur. et cras iidem erūt aduerſātes tibi hoſtes/ tue
q3 deuotioni iſidiātes quales ſūt hodie. Quocirca nō irratio
nabiliter ꝯſulit ſapiēs. Quodcūq3 potes (inq̄t) manus tue i-
ſtanter opare. neſcis eni qñ tale tēpus ad laudabiliter celebrā
dū tibi ꝯcedetur/ q̄le modo habes. Et ſi vtrūq3 habeas: vtrū
q3 meli⁹ eſt. Eſto. fueris i hac/ vl' i illa re defectuoſus cur no
uū defectū i nō celebrādo ſup inducis? ſz frigidus ſū dicis aut
tepid⁹. Sepe ſuſcipit īiciū celebratōis hoiem paꝝ deuotū ⁊ fri
gidū quē in fine caleſcentē dimittit ⁊ feruidū. Corpus chriſti
ignis eſt ſpūalis. Accede fiducialiter ad hunc ignē. caleſces
facilius. Audiamus orantē ambroſiū/ ⁊ deū alloquentē. gra
ue eſt ꝙ ad mēſam tuam mūdo corde/ et innocentibz manibus
non venimus. Sed grauius eſt ſi quia peccata metuimus ſa-
crificium non reddimus. Refert narratio ſanctorū patrum
de quodam onigrio: qui non niſi ſemel in anno cōmunicandū
eſſe cenſebat. Contra quem ſancti patres repugnabant: argu
mentantes ꝙ aut dignum ſe putabat / ⁊ diſpoſitum/ qui ſemel

in anno cõmunicaret: et ita preſũptuoſus erat: aut indignũ ſe tũc fatebatur: et nichilominus accedebat. Cur non igitur poterat ali⁹ ſimiliter pluries ſacramẽta hec ꝯficere/ quãꝗ̃ de ſe/ ſe ſciret indignũ: Si fas eſt itaqȝ ſemel in anno cũ timore dei celebrare/cũ eodẽ timore poterat ſepius eſſe ſemel celebrã di licentia. fuerunt: nec ignoro ſctõrũ aliq̃ quos certa ratio ꝯpeſcuit. ne celebrarẽt ineternũ. Sed particularia hec facta quorũdam/ venerãda ſunt magis interpretatione quã in exẽ/ plum agẽdi/ trahenda. Poſtremo nõ ſum neſcius diuerſa eſſe dona et vocationes ĩ diuerſis ꝓut ſpũſſanctus voluerit. et ali us ĩdiſponitur ꝑ interruptionẽ celebratiõis. Et vix ſeſe poſt modũ recolligit. Alius ex eadẽ frequẽtatõe redditur indeuo tior. et ex tali familiaritate promptior ad cõtemptum. Quã obrem ſuam interroget vnuſquiſqȝ ꝯſcientiã. tunc ꝑ experiẽ tie/ et prudentioris alicuius conſiliũ id qđ oportunius cõpe rerit: exequatur. Hic dicebat egregi⁹ doctor auguſtin⁹. quo tidie celebrare: nec laudo nec vitupero. ipſe tñ/ ⁊ alii ſic con ſulunt viuere: ut quotidie digni ſumus accedere.

Conſideratio quinta.

NUlla pollutio inchoata/ ⁊ perfecta in ſomno peccatũ eſt mortale. Patet ex famoſa auguſtini regula. ꝙ pec catum adeo voluntarium eſt: ꝙ ſi non eſſet volunta rium: non eſſet peccatum. et intelligitur de actuali. Rurſus iſta eſt expreſſa determinatio euſdẽ. i. de ciui. dei ca. xxv. lo quentis de violenta corruptioue virginis alicuius. Quanto magis (inquit) abſqȝ culpa eſt in corpore dormientis. Dicen tes oppoſitum contradicunt non ſolum theologice/ ſed et phi loſophice determinationi. nec habẽt quid reſpõdeãt: ſi fiat eis argumẽtum de furioſis/ et infantibus/ et aliis non vten/ tibus ratione. quos pro tunc non peccare noua tranſgreſſio/ ne: concors eſt omniũ ſapientiũ recte ſentencia. Notanter di xim⁹ ſi pollutio ĩchoata ſit/ ⁊ ꝑfecta ĩ ſomno: qm̃ poſſet aliq̃s vigilãs impurũ habere deſiderium ſe polluendi. quo vigente

caderet in ſomnū. in quo ſua pollutio ꝯpleretur. poſſet ſimi
liter pollutionē in ſomno ceptā expgiſcēs male ꝯſūmare. Cō/
ſtat ī his caſibꝫ radicē pollutionis eſſe liberā/alias flagitioſā
ꝓpter quā illud opus obſcenū inputabitur ad culpā. At vero
ſi vtrobiqꝫ fuerit ī pricipio/⁊ fine/ carētia vſus rationis/ aut
ꝯſenſus: erit vtiqꝫ talis actus / etiā ſi vigilādo compleretur
abſqꝫ pctō mortali. palā eſt ratio qꝛ libertate carebit. Pote
rit forſan aliqs peccare poſtmodū ꝯplacendo ſibi ī tali volu/
ptate ꝓbroſa quā habuit. Nō obinde tn̄ reddetur prior act⁹
pollutiōis culpabiliter vicioſ⁹. Poſſet etiā aliquomō placere
ſcd̄m ſanctū thomā. nō qꝛ voluptas eſt: ſed qꝛ ſanitatē / ⁊ na
ture affert exonerationē: abſqꝫ ſui q̄ patitur procuratōe vel
aſſenſu. Deniqꝫ nō ꝯſulūt: ꝙ debeat violēter fluxus ille dum
euigilādo ſentitur iā efflūes coherceri. qꝛ vel eſſet fruſtra co
nat⁹ huiuſmodi: vł nature ſupra modū grauatiuus. Cōfirma
tio oīm iſta eſt. ꝙ act⁹ exterior nullū pctm̄ eſt: niſi denoīati/
one extrīſeca plus q̄ vrina nō dicitur proprie ſana. Si nullū
ſit igitur ī aīo ꝓprie dictū pctm̄ / dū libertate nō vtitur: nul
l⁹ erit pro tūc act⁹ exterior vicioſus. neqꝫ tn̄ negabim⁹ qn̄ p
crapulā/aut damnabilē illecebrā gule poſſit aliquis ī hāc illa
bi ſordiciem. ſed culpā tunc vigilia/ nō ſomnus habet. quāq̄
et crapula / et cogitatio voluptuoſa letali crimine ſepe carēt.
et poſſunt ante ſomnū dilui penitendo.

Conſideratio ſexta.

POllutio corporalis ī ſōno ꝯtigere poteſt nō ſolū abſ
qꝫ pctō mortali precedēte/ īmo ⁊ ex merito. Patet ex
diſtinctōe famoſa data p gregoriū / ⁊ alios tā theolo
gicos / q̄ naturales. Euenit itaqꝫ nōnūq̄ hec īmūdicia ex īfir
mitate / aut debilitate nature exonerare ſe volentis / aut reti
nere nō valētis. Nā eſt preterea aliqs flux⁹ fere talis ī viris
aliqbꝫ: qualē femine patiūtur ī mēſtruis. ⁊ fit cū nulla / aut
tenuiſſima voluptate / etiā vigilando. fit aliqn̄ etiā aliqs flu
xus tāta lubricitate/ ⁊ facilitate/ ī qbuſdā viris/aut feminis:

ꝙ ſolo aſpectu / aut alloq̇o / aut leui cogitatōne ꝓuocatur.
Quis ergo dixerit apꝺ tales / ⁊ renitētes / aut nullo mō cōſen
tientes / ab īitio vſqꝫ ad finē pctm̄ mortale ꝯmitti? Nō oim
vna eſt ꝯplexionis armonia. Quoſdā videmꝰ e naſo leuiſſima
aut nulla occaſione defluere ſanguine / alios cū violētia multa
id non pati ſcimus. Cognoui hoīem ſeptuagenariū / ſecularē
⁊ valde crapuloſum : q̇ nūꝙ̄ ſe pollutū fuiſſe dormiendo teſta
batur. ⁊ hoc in aliis mirabatur. Aliū vidi religioſū / ⁊ ſobriū :
qui per decēnium / et amplius / fere quotidiana hac paſſione
vexabatur. Quidā vix ſomniant dormiētes. alios ſōnia iugi
ter exagitāt. Sed omittamꝰ hec / ⁊ ſimilia : quoꝝ determina
tio medicos plus aſpicit. ⁊ ſilr̄ remedia. Quāꝙ̄ michi faſſus
fuerit vnus ex medicis famoſiſſimꝰ : ſe pridē ad medēdum ta
li nocturno fluxui in aliis ſtuduiſſe diligēter : ſꝫ fruſtra labo
raſſe. Nos aūt moralia / ſeu theologica loquētes declaremꝰ
quo pacto poſſit ex merito precedēte pollutio nocturna ꝯtin
gere. Primo quidē ex arcta abſtinētia ī pane ⁊ aqua / hoc eue
nire ꝑſpicuū fecit expientia. Amplius volēs aliq̇s hoc viciū
carnis predicādo deteſtari : nōne ſup illo cogitare poſſet? aut
ſimiliter ꝯfeſſiones audiēdo? poſſet vtiqꝫ et cum merito ma
gno. Nichilominus occurrere videbit ī ſōno nōnūꝙ̄ precogi
tataꝝ īpudiciciarū ſimulacra / ipſum ex illis ſicut in aliis ad
pollutionē ꝯcitari poſſe / q̇s negauerit? Addūt ſācti patres /
quoꝝ fuit oculus mētis aptus / ⁊ terſus ad fallaces īſidias de
monis intuēdas / nōnūꝙ̄ has ſordes fieri illuſione ſua. vel ad
terrendū ⁊ inq̇etandū timoroſe ꝯſcientie puritatem vel ꝓ bo
ni opis (ut celebratōis) impedimēto. vel ut vigilāti placeat
quod ſomnians pertulit. vel ut abſtinentiā ꝑiculoſam et indi
ſcretū vite rigorē ſuadeat / et in inſamiā precipitet. vel ut deo
propicio ⁊ ꝑmittente deuotā mentem ſic exerceat. ⁊ ex tali fe
ditate ſtimulatam ī humilitate cuſtodiat. Hoc ī loco duo ſūt
dicta gregorii memoranda. primū eſt : ꝙ ſepe tales illuſioēs
ſeu pollutiones animus neſciēs / ꝑtuliſſe magis dolēdus eſt ꝙ̄

fecisse. Scdm  bonaꝝ mentiū eſt ibi culpā agnoſcere vbi cul pa nō eſt. Si tn̄ agnoſcatur culpa: ut nō indiſcrete īpediatur opatio iuſta. neqꝫ corporis debita ſubſtētatio deſeratur. Nec preterea aliqs ꝯſcientias ſibi fabricet/ et nutriat erroneas ne cadat in ſcillā cupiēs vitare caribdim. Patietur fortaſſis aliqs heſitatōes varias dū ad comedendū vel dormiēdū acceſſerit. dicetqꝫ. pollueris: ſi hoc ⁊ hoc nō omiſis. ſi nō tibi pcaueris. Contēnat talia/ neceſſe eſt qui diſcrimen maius īmine re circūſpicit: ſi nō parem cum aliis viuēdi formā prudenter īſeqtur. Scrupuloſis ergo ꝯtra ſcrupulos agendū eſt. ⁊ fixo opis pede certandū. Hac arte prudēter vſus eſt ille: q̄ turbato cuidā iugiter ſup repetitione horaꝝ ſuaꝝ/ ſi nō aſſidue ⁊ actualiter attēderet ad eas: iniūxit penitentiā hāc ad tempus ne quomōlibet horas ſemel dictas iteraret. Neqꝫ ei reqritur actualis ſemp attētio/ ſufficit habitualis/ſeu virtualis nō interrupta/ ſciēter ⁊ a ꝓpoſito p deliberatā attētionē circa aliud penitus incōpatibile. mille ſurgūt apud aliquos ſcrupuli tales. more canū oblatrātes. ⁊ lacerare minātes ipſos ambulantes per viam mandatoꝝ dei. quos euincere et compeſcere melius  per contemptum nequimus. Tantūmodo ſit cōtemptus iſte timoratus et regulariter non abſqꝫ preuio alterius preſertim ſuperioris conſilio. alioquin timor immoderatus facit caſum aut precipitat inconſulta preſumptio.

Conſideratio ſeptima.

Ulla corporalis īmūdicia de perſe impeditiua eſt celebratōnis: ſꝫ bene de paccidens rōe cōcomitātie alicuius/vel ſeqle ī aīa. Hāc ꝯſiderationē deducit bonauētura iiii. ſenten. di. xii. q. iii. Et patet ſatis pria pars ex verbis chriſti: ſi bene ꝑpēdatur dicendi ratio mathei xv. Nō lotis manibus mādncare/ nō coinqnat hominē. Et ratio eſt qr nulla paſſio talis/ aut immūdicia exterior de perſe peccatum eſt/ aut de neceſſitate peccato coniuncta/ vel inducēs ad pctm̄ preterea qualis eſt īmundicia ſordidior et abominabilior cor/

poꝛalis ut coꝛpoꝛalis eſt / ꝙ ſanies lepꝛoſoꝛum: hec tamen nõ impedit celebꝛationem : pꝛeſertim ſi fiat ĩ occulto. Idem ſen‑ tiunt doctoꝛes de menſtruis mulierũ / et de fluxu perpetuo vi roꝛum aliquoꝝ. Scḋa pars declaratur diſtinguendo . quia quedã immũdicia coꝛpoꝛalis cõiuncta eſt immundicie ſpiritu ali ſcḋm veritatem . ſicut in vigilia habent foꝛnicantes. Alia eſt coniuncta tali immũdicie ſpũali : tantũmodo ſcḋm quedã ſimilitudinem / aut confoꝛmitatem . ut eſt ĩ ſomnus ſoꝛdidis et impuris : quando non eſt peccatũ / ſed ſimilitudo peccati . Aliam vidimus immũdiciam / que hoꝛroꝛem et abominatio‑ nem quãdam viſa vel recognitata generat . ut in lepꝛoſo / et alus plurimis : ꝙuis nullã ſciamus ineſſe peccati veritatem / aut effigiem . poſtremo alia eſt indifferẽs ſicut in pedibus lu toſis / aut facie pulurulenta et ſudãte . pꝛima et ſecũda gene rant (ut frequenter) in aĩa ebetudinẽ quãdam diſtractionẽ et carnalitatem et deoꝛdinationem atq; indeuotionem. qm̃ ſicut guſtato ſpiritu deſipit oĩs caro. ſic econtra ⁊ amplꝰ guſtata carne : deſipit ſpũs. et fit carnalis ad tẽpus lõgius aut bꝛeui us ſcḋm diuerſas habituatiões atq; cõplexiones . De his in figura dictũ eſt antiquis : ut taliter ĩmundi ſepararẽtur ab a lius vſq; ad veſperã / ⁊ poſt veſtimẽtoꝝ lotionẽ. hec gꝛego. ſic exponit / ut niſi pꝛius ignis tẽtatõis receſſerit: reum ſe quaſi vſq; ad veſperũ cognoſcat. Cõſtat enĩ nullas tales ĩſtitutões q̃ cerimoniales erant atq; figurales nullatenus ad obligatio nem noſtrã trahendas eſſe : niſi iudaiſare velimus. Preterea veſpere ĩ hoc loco ⁊ lotio materialis nõ ad lrãm accipiẽde ſũt ſed tãdiu reputet ſe homo ĩmundũ / ut extra caſtra ſanctoꝝ mi ſterioꝝ ſecedat : ꝙdiu tales in eo vigent peccati reliquie. ebe‑ tudo ſcilicet mentis carnalitas / et deoꝛdinatio / atq; ĩdeuotio purgãtur alii tardius . alii ꝯfeſtim lugẽt humilitate: et pꝛõ‑ ptis lacrimis diluunt / et exterminãt quidq̃d carnalitatis / cõ tractũ erat. ⁊ om̃e eius veſtigiũ bꝛeui lamẽto delent ⁊ abolẽt. Soꝛdes tercie celebꝛationi obſunt pꝛopter ſcandalum / vel

horrorem: quorum vtrũqȝ de peraccidens nocere poteſt deuoti-oni aíe. Poſſũt etiã de pacci dẽs celebratione ĩpedire: dũ vi-delicet ſcandalũ vel horror ex ꝯſequẽti ĩdeuotio celebrantis aut aſſiſtentiũ vehementer pſumitur accedere. Secus vbi ſũ oĩs exercitati ⁊ pfecti. apud quos tale nichil timendũ eſt.

Conſideratio octaua.

Oſſibile eſt abſqȝ vlla reprehẽſione / ⁊ cũ merito ali-quẽ ſomnio pollutũ ſacroſancta miſteria cõtingere / atqȝ celebrare. Patet ꝯſideratio ex deductõe pceden tiũ. Ad dignã itaqȝ celebrationẽ ſufficit preparatio talis: q̃ nõ relinquat ꝯſciam pcti mortalis / aut ĩpedimẽti legitimi. et q̃ deuotionẽ atqȝ reuerentiã ad ſacramentũ penitus non exclu dat. Sed pollutũ modo dicto / poſſibile eſt iſta ĩ ſe ſẽtire nõ longe poſt talẽ paſſionẽ: ĩmo ꝙ humilior / deuotior / et ordi-natior / ⁊ reuerẽtior ad ſacramẽtũ accedit. Cõſtat enĩ ꝙ obſce nitas humorum iſtius cũ ſuis reliq̃s nõ ppetuo durãt. nec ppe tuo ad celebrationẽ ĩpediũt. Et ſi datur ſpaciũ vigintiquatu-or horarum (ſicut alber. determiare videtur) poterat aliqs vna hora purgatior effici: ꝙ alius ĩ cẽtũ. Cur nõ igitur fiat ad cele brãdũ ſilr aptior? Porro ſi timeatur reuerſio taliũ illecebra rũ / ⁊ paſſionũ tpe celebratõis: poſſũt vtiqȝ ⁊ ĩ oĩbȝ ſilr ꝯtĩge re vel ex aſpectibȝ ſolis prioribȝ / vel ex corruptela nature / vl diabolica opatõe. Hec nrã ꝯſideratio maxime locũ habet ĩ re ligioſis viris / ⁊ ꝯtẽplatiuis. quorum eſt adeo facilis ꝯuerſio p pter fortẽ habituationẽ / propter etiã carnis ſubiectioẽm dũ vigilãt. Raro aũt apud ſeculariter viuẽtes / aut nouam bene viuẽdi formã inchoãtes talis repẽtina ſeu leuis recollectio de uotionis inuenitur. Ceſſare eos idcirco / aut tardius accedere ad ſacramentũ hoc reuerendiſſime tractandũ cõuenit. habet preterea locũ noſtra ꝯſideratio vbi illuſio demonis nrãm de-uotionẽ ĩpedire volẽtis: pſpicitur aliqbȝ iudiciis. Neqȝ cre dere debemus ei ſed obniti potius: vbi ſubinde timet aliquis ſacerdos de ſcandalo ſi non celebret. vbi deinceps tenetur

aliquis celebrare vel ex ſuſcepto officio / vel ex ꝯmiſſione/ vł
mutua viciſſitudine ⁊ ꝯformitate / ad reliquos cū q̈bus viuit
queādmodū ſūt religioſi pene oīs . Attendēdū eſt hic ꝙ nul
lꝰ palā tenetur prodere propriū defectū / vel īfirmitates oc
cultas . q̄n et plurimū cautius atqȝ diſcretius cōtegere. Pro
dit aūt ſe ipſū talis nō celebrās / ſcandalizatqȝ frequēter / et
cogitationes varias aſcēdere facit ī corda alioꝝ. Nolo tamē
preiudicare ſicut nec poſſū nec debeo ꝑ hec dicta mea q̈buſcū
qȝ īſtitutionibȝ religioſoꝝ ſi aliqua ſint ad oppoſitū . verum
eſt illud apli q̈libet ī ſuo ſenſu abūdat . Sed dixi iterū qđ mi
chi dicendū poſſe videtur : ſi nuda cogitetur veritas apđ ha
bētes libertatē legis chriſti. Opponet forſan aliq̈s de fornica
riis . ꝙ ſimiliter ī breui poſſent recolligere ſe ⁊ ab oībȝ pecca
ti reliq̈s aīam extergere. Poſſent igitur ſtatī celebrare. Op
poneret alius de ꝯiugatis. apud quos poſſibile eſt peccatū in
ſua ꝯiunctione nō ꝯmitti q̄ tū de ꝯmunione ſeparādi videtur.
Ad hec dicere poſſumus. Primo ad vltimū . ꝙ doctoꝝ famo
ſoꝝ ſentēcia eſt . tales ꝯiugatos ſi accedāt ex deuotione / p̄ſer
tim diebȝ ſolēnibȝ / nō peccare: q̄n vel affectu ꝓlis gignēde/
vel reddēdi debiti aut īcontinētie vitāde cauſa ꝯmixti ſūt nec
obſtaculū aliud eſt. Ad primū nō aliud pro nūc dicimus: niſi
ꝙ rariſſimū hoc eſſet. de his vero que vix/aut nūq̄ eueniunt
doctores paꝝ tractāt . Si tū imineret graue ſcandalū ꝓ omiſ
ſione ſi p̄terea grādis ꝯtritio ꝯcurreret : ſi deniqȝ magis ex
ſurreptione diabolica / ac vehemēti tētatione tale flagitium
apud ſe rarū ꝯmiſiſſet. (Audiat q̈ profundius ſapit) talē pro
hibere (fateor) nō audeo ī hoc caſu et aliis / ſicut ꝑſpicuū eſt:
ex premiſſis relinquēdi ſūt multi ſue ꝯſciētie / ⁊ iudicio circū
ſtantius oībus (quas prudētia circūſpicit) indagatis.

Conſideratio nona.

Recipue ex diuino munere / et nō ex nrā induſtria ſeu
preparatōe reddimur digni miſterioꝝ participatiōe
ſacroꝝ . hec ꝯſideratio ſi cū ſapore ītimo maſticetur

humiliabit nos vehemēter. Et pfecto humilitas ſola eſt que
diſponit ad dignificationē ꝛ preparationē debitā p talis tāti
qꝫ hoſpitis ī aīe cenaculo ſuſceptōne. Scio hoīem q̄ taliter in
vanitate cōperit nūq̄ potuiſſe ad q̄etam ꝛ ſerenā diſpoſitionē
celebrādi ptigiſſe: quouſqꝫ diffidens de omni ſua induſtria/ ꝛ
labore/ et ſollicitudine/ et preparatōne p ꝯfeſſionē aut alias:
immolauit in ara cordis bouē ſupbie: dixit in aīo ꝯtrito ꝛ hu
miliato cū daniele. Dn̄e nō in iuſtificatōibus meis proſterno
preces meas ante te: ſed in miſerationibus tuis multis et ma/
gnis. ꝛ rurſus cū pphēta. Ego autē in multitudine mīe tue in
troibo in domū tuam. adorabo ad tēplum ſanctū tuū in timo
re tuo. Et ſimilia quedā quoꝝ aliqua ſcriptis inſeruit. plane
īduſtria nrā/ꝛ preparatio/quales agere ꝯueniēter poſſumus:
req̄runtur. Eis tn̄ ſi innitimur: fallimur/ꝛ cadimus. ut tanq̄
ſi q̄s baculo arūdineo ſuſtentetur. Vacillamus neqꝫ habita/
mus in adiutorio altiſſimi: dū noſtris meritis fidimus/vel in
peccatorū ſola recordatione torquemur. Nimiꝝ ſi tunc ī pro
tectione dei celi nequaq̄ ꝯmoremur: qꝛ deficiente protectione
qui ſubſiſtet? Fuit cuidā p ſomnū oſtēſa viſio talis. precipi
tatus ī cloacā erat ꝛ a quodā baculo ſtercoribꝫ infixo ſuſtenta
ri (ne pfundaretur) ſatagebat. At vero baculus ille fūdotenꝰ
dimittebatur aſſidue. cū fetore ītolerabili. ſentiēs ille picu/
lū / tota mente ad dn̄m ꝯuerſus relicto baculo ꝯfeſtī ereptus
eſt. Sane ꝯſciētia noſtra q̄tūlibet mūda/eſt cloaca quedā ple
na ſtercoribꝫ fedis/ defectuū quotidianoꝝ. baculus noſtra eſt
īduſtria / p quā emergere q̄rimus: ſed pculdubio quouſqꝫ le/
uemus oculos ī celū/ vnde veniat auxiliū nobis: quouſqꝫ fi/
duciā noſtrā totā in deū iactemꝰ: q̄to plus īnitimur/ ſolo no
ſtre īduſtrie baculo: tāto ī pfūdiorē abiſſū noſtre prauitatis
demergimur. ꝛ nō niſi fetorē tetrū/ ꝛ horridum reportamus.
Quid ergo (dicet aliq̄s) tētabimus ne deū? aut pleni ꝯſcien/
tia peccatoꝝ/īdeuoti/ſordidi /diſtracti/ꝛ diſtēperati ad ſacra/
mentū hoc ſalutiferū ſub ſpe miſericordie ſolius accedemus?

Dixi iā: ut agat noſtra īduſtria quidq̄d poterit: ut ſit abſqꝫ
cōſcientia peccati moꝛtalis. ſꝫ ī illa nequaq̄ ſperemꝰ. alioq̄n
ſupbimus. alioquin maledictionē incurrimus: qui ponimus
fiduciam in hoīe/ et carnē bꝛachiū noſtrū. alioq̄n deniqꝫ ſem
per nutamus et ī pꝛeceps imus. Agnoſcamus ꝙ omnes iuſti
cie noſtre ſunt ut pānus mēſtruate/ aut velut lepꝛoſi faſcia ſu
per q̄bus ſtillamus quotidie ſaniē peccatoꝝ. Qua fronte igi/
tur/ quaue fiducia infectionē hāc ad placandum deum audebi
mus oſtēdere? Caueamꝰ ne potius irritetur. plane ſic eſt. Si
mille annis valeret aliq̄s ſe diſponere ad dignitatē celebꝛati/
onis: nec ſic p ſe attingeret. Quid idcirco ī bꝛeui moꝛula fa/
cere poteris? ꝯiectura. interrogat ſe freq̄nter ille cuiꝰ ſupꝛa
memini: ſi dignꝰ eſt accedere. ſi ſufficiēter pꝛeparatꝰ eſt heſi
tat. pꝛimū tremiſcit/ refoꝛmidatqꝫ. Tandē ſic reſpōdet ſibi
ipſi. iterim q̄tū in me eſt. nichil deo ꝓpicio de certo michi ſū
ꝯſcius ſup pctō moꝛtali aut ꝓpoſito peccādi/ pctā etiam veni
alia nō cōfeſſa nequaq̄ obſiſtūt. Scio tñ ex aduerſo ꝙ iuſtus
eſt dñs. qui ſi velit exq̄rere vehementer debita mea: ſi īiqui
tates obſeruare: ſi mecū in iudicio ꝯtēdere: neqꝫ ſuſtinebo/
neqꝫ potero reſpōdere vnū ꝓ mille: q̄tūlibet lotus fuero/ at
tritus/ confeſſus/ lacrimoſus. Quid iſta ſunt? ve michi: ſi
nō cum miſericoꝛdia magna diiudicer. Qui ſcire poſſum/ ſi
foꝛte lateant me vicia mea? merui quidē execari: q̄ viſu meo
ſpūali pꝛimitus ſupꝛa modū abuſus ſum: dū videns bonū id
adimplere ꝯtempſi. Hoc vnū ſcio: ꝙ apud dñm mīa eſt/ ⁊ co
pioſa apud eū redēptio qꝛ pietatis eius fontē nulla poteſt no
ſtra iniquitas euincere vel ſiccare. quod ſi decreuerit ſaluare
nemo eſt qui ꝯdēnet. pꝛecipit ut ſperem ī eo/ ⁊ me totum in ſu
as manus ꝓiciam. obedio ut poſſū. nō eſt crudelis/ aut men
dax. venientē ad eū nō eiciet foꝛas. ꝓuolutū ſuis pedibꝫ nō
indignāter abiiciet. pꝛeuenit me demū ī bñdictionibꝫ dulcedi
nis: dū michi diſpliceo. Spero equidē ipſe q̄ pꝛecepit perfi/
ciet/ et illuminabit abſcōdita tenebꝛaꝝ: ne vnq̄ obdoꝛmiam

in morte. Fornicata es o aīa mea : cū amatoribus tuis. iubet
pius ſponſus ꝑ os ꝓpheticū : ut reuertaris modo etiā te ſu
ſcipiet. Et ſi milies acceſſeris / ꝯtēneris / irriſeris : te veniē
tē nō repudiabit. penitentē nō aſpnabitur. Si q̇s ex hoībꝫ ta
lia diceret : crederes ⁊ appropiares / ⁊ accederes. deus hoc di
cit. deꝰ hoc pollicetur. immo deꝰ hoc impat : ⁊ tu diffidens
nō accedes? Nō eſt iſtud ꝯſiliū o aīa mea. ī ſua igitur verita
te / nō ī tua vanitate fidēs : volūtarie ſibi ſacrifica. Immū
da es : accede mūdanda ad fontē pietatis incōtaminabilē. eſu
ris accede paſcēda ad panē viuificū / ⁊ īdefectibilē. Egrotas
erit hoc efficaciſſimū tue inualitudini medicamentū. Fluxum
pateris : nec ſanari potes a medicis tuis / ſcilicet exercitus :
tāge plena fide cū emorroiſſa martha (ſcd̄m ambroſiū) fimbri
am veſtimēti ieſu ſacroſanctā videlꝫ hoſtiam : ut purgeris.
Si pcuſſam te ſētis a ſerpētibꝫ pucrſaꝝ tētationū : q̇d reſtat
niſi ut ſpentē chriſtū eleuatū īſpicias? ſed dicis cū propheta /
qm̄ vnica / ⁊ paup ſum ego. Particeps eſto ſacroſancti hu
ius miſterii. habebis chriſtū comitē fidū / ⁊ hoſpitē ditiſſimū
Cecā te fortaſſis / debilē / ⁊ claudā ꝯquereris. memineris qm̄
tales ad cenā magni regis inuitātur : ⁊ ītrare ꝯpellūtur. lu
brica ſum inq̇es ⁊ īſtabilis. ſꝫ hic panis ꝯfirmat cor. Triſtis
es ⁊ anxia : ſꝫ vinū hoc letificat cor hoīs. Inq̇etant te et tur
bant plurima : adhere ei q̇ turbidos fluctus ſedat : q̇ eſt pax
noſtra. q̇ ait : ī mūdo preſſurā / ī me pacē habebitis. pegrina
ris a dn̄o : ſed ī fortitudine cibi huius ambulabis vſqꝫ ad mō
tem dei. Quid ergo tēdere formidas? q̇d expaueſcis o anima
mea? quare ⁊ quouſqꝫ ꝯturbas me? Spera ī deo / ⁊ liberabit /
⁊ enutriet te / nō ꝯfundet te. Suſpirabunda forte queris : vbi
eſt deus tuus? in hoc certe ꝯuiuio / ī quo chriſtus ſumitur : re
colitur memoria paſſionis eiꝰ : mens īpletur gratia : ⁊ future
glīe nobis pignus datur. Crede hoc bona ⁊ ſimplici fide : nec
curioſa diſcuſſeris. exiſtēcie modū ſufficiat tibi qm̄ nō eſt hic
modo alioꝝ corpoꝝ ſuis locis ꝯmēſuratoꝝ. ꝓpterea vane (ne

dicam ſtulte) querunt aliqui vbi caput? vbi pedes? qualis ſi
tus? qualis ad hoſtiā partiū ꝯcoordinatio? ibi chriſtꝰ eſſe di
citur, quare? ⁊ quomodo? Q̄m facta eſt eius corpus trāſſub/
ſtātiatio panis omnipotenti virtute diuinitatis. Si non hoc
cōprehēdis/neqȝ profecto ꝙtulāciūqȝ aliā rem quo ad īfinitas
eius habitationes ⁊ proprietates ꝯprehēdis. Da locū fidei:
ut meritū habeas. ⁊ eā quā ſine merito das nature fidē: da cū
laude reuelationē. et in eius obſeqūm volens te captiua.

Conſideratio decima.

On propter timorē cōtaminatōis corporis chriſti il/
lud cū mūdicia corporali monemur ꝯtrectare ſed īde
uotionē/aut ſcandalū/ī nobis/ vel ī aliis deuitādū.
Cōſideratio iſta parū etiā inſtructis manifeſta eſt. Ualet tñ
non mediocriter apud ſcrupuloſos. ut ſi forte corporalis ali/
qua ſordicies ipſis nolētibꝫ aduenıat: recogitēt ad chriſti cor
pus nichil hāc attinere: ſeruata in aīo mūdicia/⁊ reuerentia
ſanctitatis. Fuerūt qui dixerūt ipſam hoſtiā ꝯſecratā nullo
modo ī ventrē noſtrū comedēdo dimitti: ſȝ ſtatim ad celū ra
pi: ꝯtra experientiā quotidianā atqȝ catholicā veritatē: q̄ po
nit corpus chriſti vere comedi fefellit eos huiuſmodi ꝯſidera
tionis obliuio: dū putāt indignū ſentire: ut chriſti corpꝰ vl
hoſtiā ſacrā in fetulentū ſtomacū noſtrū deueniat: quaſi vide
licet polluatur/aut fedetur plus ꝙ̄ radius ſolaris/aut ſpūa/
liū ſubſtātiaꝝ aliqua. dicāt ergo ſi ſicut iudicāt more carnali
uni iudeoꝝ/aut paganoꝝ cur chriſti corpus ī maternis viſce/
ribus ⁊ ſecūdina pellicula menſibꝫ nouē obſeratū ⁊ obuolutū
eſſe voluit? Debet vtiqȝ ratio corrigere ſenſuale iudiciū: ne
blaſphemiā ipiā reputemꝰ ipām rei ſinceriſſimā veritatē. Ca
ueamus a tali ſpurcicia recogitādo per timorē crebrū: q̄m i/
ficit hec rememoratio plus ꝙ̄ purget. Aſſueſcat homo ſpiri/
tualiter ſpūalia diiudicare/⁊ ſentire. ſic enī multis et variis
fantaſmatū inq̄etantiū ipudiciciis ſemet abſoluet. Sic ea mi
nus curabit q̄ reuera minus curanda ſūt. corporales loquor

ſordes. Sic deniqȝ magis ĩ ꝯſciẽtie ꝙ̃ corporis puritate ꝯfidet
Concludamus tñ epilogãtes : ut nemo celebraturus
euidẽter ſibi ꝗrat certitudinẽ ſup̱ dignificatõe ſua. ve
xaretur ei in caſſũ. habeat illã ꝗ̃ dicta eſt ꝑparatõnẽ
et ſufficit. nõ ꝯfidat in multitudine virtutis ſue/⁊ ĩ repetitiõe
ꝯfeſſionis/aut deuotõis/aut recollectõis ſerenitate. poteſt eĩ
fieri: ut ꝯfeſſio crebra ſup̱ venialibꝫ obſit de ꝑaccidẽs. Quõ
ſic? dicã. reddit ꝗ̇ppe aĩam plus iuſto ſollicitã/⁊ pauidã/⁊ oĩa
etiã minima timẽtẽ: ut de ipſa etiã ꝯfeſſionis ĩꝑfectõne trepi
det/⁊ vrgeatur ꝯfiteri. Dabo tñ documẽtũ: ꝑ qđ nulla cõfeſ
ſiois multiplicatio inq̇etatõis cauſa erit. Si videlꝫ fiat nõ tã
ꝙ̃ reputetur ꝓ tũc ad ſalutẽ neceſſaria aut ad celebratõis illiꝰ
diſpoſitionẽ reqͥſita: ſꝫ qꝛ eſt opus bonũ/⁊ priuilegiatũ. ad in
dulgẽtiã quoꝫ aut gratie augmẽtationẽ nõ paꝝ ꝓficiẽs. Por
ro diligat aĩa deũ aliqñ neceſſe eſt. ⁊ ſe ĩ manus eiꝰ ꝓiciat. a/
lioquin ſuã ĩdignitatẽ iugiter timẽdo: ⁊ habẽdo deũ de ſeueri
tate ſuſpectũ: iugiter recurua erit. ad ꝯmodũ ſuũ nũꝙ̃ exalta
ta ſe ſubuehet. quãobrẽ aſcẽſura ĩ montẽ aĩa/⁊ gaudiũ ſuũ im
molatura cũ abrahã reliquat inferiꝰ aſinũ ſuũ ꝯ pueris id eſt
ſenſibꝫ. Rudiat tibi aſinus. ꝑſtrepẽt pueri. feda ſint illic oĩa.
nichil ad ſe ꝗ̇ in mõte ſtat hoc eſt ĩ virtute rõis ꝑtinebat. Nõ
imꝑtinẽter hoc loco viſionẽ inſerimus/quã btõ patri celeſtio
mõſtraſſe memoratur ille: ꝗ̇ docet hoĩes etiã ꝑ ſõnia ſcientiã
Viſũ ẽ eidẽ patri ſopoꝛãti: ꝙ aulã regiã precellẽtiſſimã cum
aſino ſuo ĩuitatus aſcẽderet. hic aſinus tributũ vẽtris ꝑ viam
ſoluit. exhorruit vir puriſſimꝰ. ⁊ abominatꝰ eſt hãc/ nõ iniꝗ̇/
tatẽ ſed inꝗ̇nationẽ. ⁊ ꝓgredi formidãs : regredi moliebatur
quouſqꝫ benigniter ãmonitꝰ eſt voce de trhono lapſa. nichil
ad ſui vel aule regie ſpũalis cõtaminationẽ ꝑtinere id : qđ ſe
nõ ꝯſcio naturali neceſſariaqꝫ purgatõe ſuꝰ aſellus corꝑulẽtꝰ
⁊ irrationabilis expulerat. plane ſic eſt. ⁊ dicã ampliꝰ. Eucit
nõnũꝙ̃: ut turbatõẽs/pugne/deordinatõẽs/⁊ feditates inferiꝰ
ſenſualiter agitate/ſuccreſcere faciãt ſupius meritũ noſtrum:

ſicut ecõtra magna vtrobiqꝫ ſerenitas ſupbie vētū oīa fundi/
tus euertentē repēte nōnūꝗ̄ īducit. Tantūmodo exinaniat ſe
aīa ꝗ̄tū poterit. nec ob aliud ꝯtēplationi/vel ſtudio/aut ꝗ̄eti
cuilibꝫ īſiſtat: niſi ut apd̄ ſe exaltetur deꝰ. ac ꝑinde magis ac
magis huīlietur. ⁊ ī ſuā paruitatē: īmo nichileitatē reſiliat. ⁊
reſiliēs cadat. ⁊ deꝰ ſuſcipiet eā. Hec via tuta eſt regia/ et ſe/
cura. Deniqꝫ finem loquēdi omnes pariter audiamus. deum
time / de te deſperans/ in ſe fidens. et mandata eius obſerua/
quod in te eſt: non omittens hoc eſt omnis homo.

Venerabilis magiſtri iohannis de gerſonno cancellarii pariſiēſis clariſſimi/tractatus de pollutione nocturna: an impediat celebrantem/an non: finit feliciter.

Incipit tractatus venerabilis magiſtri iohānis de gerſonno cancellarii pariſienſis de cognitōe caſtitatis. ⁊ pollutōibꝫ diurnis. ⁊ cetera. ut inde ꝗ̄s ad miſſā celebrādā rite ꝑparetur

